

imo. Et  
s, optimi  
nsultum  
emenda-  
proxima-  
tationes  
olis sic  
e versa-  
acobum  
negocii  
, quem  
nepoti,  
aulum  
super-  
labor  
; scis  
nocen-

sine  
erat,  
ur et  
operet  
ctus  
sum  
miis  
qui,  
iam  
ntas  
uice  
tari  
uisi  
set  
in-  
on  
ne

s-  
of  
e  
y

## TO DOMENICO GRIMANI

334]

aliorum est pronunciare. Illud dicam, si quis ad istum modum 79  
malignius et, vt Graeci dicunt, ἀποτόμως excutiat diui Hieronymi  
libros, permulta reperiet a nostrorum theologorum decretis longe  
lateque discrepantia. Quorsum igitur attinebat virum et litteris et  
aetate venerabilem, ob rem nihili in huiusmodi pertrahi turbas, in  
quibus iam septimum, opinor, perdit annum? Vtinam hoc operae, 195  
vtinam hoc temporis licuisset adiuuandis honestissimis litterarum  
studiis impendere. Nunc omnibus dignus praemiis, molestissimis  
litibus inuoluitur, non mediocri doctorum omnium, imo totius Ger-  
maniae, et dolore et stomacho. Quanquam his omnibus spes est  
futurum vt vestra opera vir tam eximius et orbi restituatur et 205  
litteris.

Hyeme proxima Roma nos videbit, si modo fauerit Christus  
Optimus Maximus, et regia maiestas vna cum Archiepiscopo Can-  
tuariensi denuo facultatem permittent abeundi; quam si non ipse,  
certe diuus Hieronymus ab illis impetrabit. Reuerendissimam D. T. 210  
in plurimos annos incolumem ac florentem nobis, imo litteris et  
orbi, seruet optimus ille Samarites Christus; cui me totum addico  
dedicoque. Londini. [Pridie Kalen. Aprilis.] An. M.D. XV.

335<sub>338</sub> TO LEO X.Basle MS. Erasmiana, Urk. II<sup>b</sup>. I. (a).A. fo. F: B. fo. a<sup>2</sup>: F. p. 68: HN: Lond. ii. I: LB. 174. London. 21 May 1515.

[For the manuscript and printed versions of this letter see Ep. 333 introd.  
As with that letter, I have adopted the text of A and have only given precedence  
to a in two places (ll. 114 and 352-7). I have also disregarded some of the more  
obvious blunders made by the copyist, which are mostly omissions of necessary  
words or corruptions by the addition or omission of a single stroke; e.g. *ductu*  
for *ductu*, *ommeis* for *omneis*.

The manuscript date is confirmed by the events mentioned. For Leo's recep-  
tion of this letter see Ep. 389. 31-8.]

BEATISSIMO PATRI LEONI DECIMO, PONTIFICI VERE MAXIMO,  
ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

Si celsitudinis tuae ratio habeatur, beatissime pater, nemo vel  
summorum principum inueniatur qui non veriturus sit ad sanctita-  
tem tuam scribere. Quis enim non metuat eum compellare litteris  
qui quanto caeteri mortales pecudibus antecellunt, tanto ipse mor-  
tales vniuersos maiestate superat, et inter homines prorsus coeleste 5  
quoddam agit numen? Attamen singularis quaedam naturae tuae  
bonitas et incredibilis humanitas, qua quidem illam ipsam superas

334. 210. Reuerendissimam D. T. A: Te H. 335. 2. inueniatur A: sit a.  
veriturus sit A: vereatur a. sanctitatem tuam A: te H a. 6. naturae...  
7. quidem A: tua humanitas bonitasque per quam a.

86

gestit animus pro virili omneis ingenii nerois in hoc explicare, vt  
quanta extiterunt Leonis in Christianam gentem merita, tanta et  
posterioris habeantur ac celebrentur, nullo vnuquam tempore intermo-  
ritura.

<sup>215</sup> Qua de re diu cogitanti mihi, cum exploratum haberem nequa-  
quam ingenii nostri praesidio confici posse, propemodum visum est  
fieri posse, vt hac ratione vtcunque quod conor liceat assequi, si ad  
id efficiendum immortalis alicuius per se nominis adminiculo fueri-  
<sup>220</sup> mus vni. Perspiciebam diuum Hieronymum sic apud Latinos esse  
theologorum principem, vt hunc prope solum habeamus theologi  
dignum cognomine; non quod caeteros damnem, sed quod illustres  
alioqui, si cum hoc conferantur, ob huius eminentiam velut obscu-  
rentur: denique tot egregiis cumulatum dotibus, vt vix vllum habeat  
<sup>225</sup> et ipsa docta Graecia quem cum hoc viro queat componere. Quan-  
tum in illo Romanae facundiae, quanta linguarum peritia, quanta  
omnis antiquitatis, omnium hystoriarum noticia! Quam fida memo-  
ria, quam felix rerum omnium mixtura, quam absoluta mystica-  
rum litterarum cognitio! Super omnia quis ardor ille, quam admi-  
<sup>230</sup> rabilis diuini pectoris afflatus! Vt vnum et plurimum delectet  
eloquentia et doceat eruditione et rapiat sanctimonia. Atqui hunc  
virum vt vnum habemus dignissimum qui legatur ab omnibus, ita  
vnum sic depravatus erat, sic contaminatus, sic conspurcatus, vt nec  
a doctis posset intelligi.

<sup>235</sup> Videbam facinus quidem pulcherimum, si nostra cura doctor tam  
eximius orbi restitueretur. Verum perspiciebam tantum esse in eo  
negocio difficultatis, vt ea res non vnum desyderaret Herculem;  
tantum aberat vt vnum me parem esse posse considerem, adeo non  
Hercules vt vix etiam homo. Attamen certatim adhortantibus  
<sup>240</sup> eruditis, efflagitantibus episcopis, nominatim autem vnico illo, non  
meo tantum sed et omnium litterarum, omnis virtutis apud Britan-  
nos Mecoenate, D. Gulielmo archiepiscopo Cantuariensi—quo quidem  
viro vt nihil habet illa insula vel eruditione vel integritate vel  
omnibus denique ornamentis episcopalibus absolutius, ita non alium  
<sup>245</sup> habet ad prouehendum optimarum rerum studium propensiorem;  
porro in omnibus negotiis quae ad Sedis Romanae dignitatem,  
amplitudinem ac maiestatem pertinent, ea pietate vt maiore non  
possit. Deinde iam veluti restitantem et ob immensam laboris

<sup>212.</sup> gessit a.<sup>216.</sup> Qua de... <sup>218.</sup> pro virili add. A.<sup>add. A.</sup><sup>220.</sup> vni add. A.<sup>220.</sup> Basileae typis elegantissimis<sup>220.</sup> sumpsi A:<sup>220.</sup> Excu-<sup>220.</sup> luctationes et excluduntur immensis sumptibus, summa cura, non estimandis<sup>220.</sup> sudoribus. Nos ita sumus adnixi vt propemodum ipse me laboribus enecarem, dum<sup>220.</sup> operam (do) vt renascatur Hieronymus.<sup>220.</sup> Nam vniuersum opus, quod ad decem,<sup>220.</sup> ni fallor, accrescit volumina a.<sup>214.</sup> omnibus post posteris a.<sup>215.</sup> conor A: Quod haud scio an ita demum a.<sup>216.</sup> per se<sup>217.</sup> Perspiciebam ... 269. sumpsi A:<sup>218.</sup> Excu-<sup>219.</sup> luctationes et excluduntur immensis sumptibus, summa cura, non estimandis<sup>219.</sup> sudoribus. Nos ita sumus adnixi vt propemodum ipse me laboribus enecarem, dum<sup>219.</sup> operam (do) vt renascatur Hieronymus.<sup>219.</sup> Nam vniuersum opus, quod ad decem,<sup>220.</sup> H: Moecenati A.

[1515] TO LEO X

87

335]

magnitudinem susceptae prouinciae supponitentem reuerendi in Christo patris Ioannis Petri Caraffa, episcopi Theatini, qui nunc <sup>250</sup> apud Anglos nomine Sanctitatis tuae oratorem agit, denuo redaccedit oratio, suaque voce et applausu redditio mihi animo in certamen reuocauit. Quid enim non persuadeat illa tam singularis hominis eloquentia? quem non permoueat tam integri, tam grauis autoritas Praesulis? quem non inflammet tam rara optimi viri pietas? <sup>255</sup> Nam ad trium linguarum haud vulgarem peritiam, ad summam cum omnium disciplinarum tum praecipue theologicae rei cognitio- nem, tantum homo iuuenis adiunxit integratatis et sanctimoniae, tantum modestiae, tantum mira grauitate conditae comitatis; vt et Sedi Romanae magno sit ornamento et Britannis omnibus absolutum <sup>260</sup> quoddam exemplar exhibeat, vnde omnes omnium virtutum formam sibi petere possint. Hic tantus tantum tribuit hisce meis laboribus, vt ne si immodestissimus quidem sim, possim agnoscere. Et tamen nescio quo pacto laudibus illis suis iam fesso calcar addidit, fathi- scientem erexit, deficientem restituit. <sup>265</sup>

Horum igitur et his consimilium hortatibus extimulatus, atque in primis eius auxilio fretus qui non solet vñquam piis deesse conati- bus, veluti nouus iam ad intermissum opus redeo. Epistolarum volumina—nam haec mihi proprie sumpsi—a mendis quibus ex- tincta fuerant verius quam deprauata, partim veterum collatione codi- <sup>270</sup> cum, partim nostrapte sagacitate repurgauimus; Graeca, quae vel de- erant omnino vel perperam erant addita, reposuimus diligenter. Quod idem factum est et in Hebraicis; verum οὐκ ἀνεύ Θησέως, vt Graecum habet prouerbium, quod eas litteras ipse primoribus modo labris degustarim. Ad hoc quoniam diuus Hieronymus, vt est omni <sup>275</sup> genere litterarum absolutissimus, ita mirus est opum suarum ostenta- tor, vt qui passim gaudeat infulcire quicquid vsquam apud omnis linguae scriptores abstrusum ac reconditum habeatur—vnde fit vt eruditus etiam lector ad plerosque locos velut ad salebras restitet— adiecimus commoda suis locis scholia, quoties incurrit quod lectorem <sup>280</sup> remoraturum esse videatur. Praeterea quoad licuit in ordinem redegimus omnia. Nothos ac subditios libellos, quos partim casus, partim librariorum quaestus aut inscitia, partim improbissimi cuius- dam impostoris temeritas Hieronymianis lucubrationibus admiscauit,

<sup>250.</sup> Caraffae H. <sup>269.</sup> extincta... <sup>271.</sup> sagacitate A: prorsum extinctum erat, non deprauatum a. <sup>272.</sup> omnino add. A. erant A: fuerant a. Quod idem A: Id quod item a. <sup>273.</sup> et add. A. <sup>274.</sup> vt... <sup>274.</sup> prouerbium add. A. <sup>275.</sup> degustarint a. <sup>276.</sup> Ad... diuus A: Et quoniam a. <sup>276.</sup> absolutus a. <sup>277.</sup> vt qui... <sup>279.</sup> restitet add. A. <sup>281.</sup> videatur A a: videbatur F. Praeterea A: Ad hec a. <sup>282.</sup> redegimus A: digessimus a. <sup>283.</sup> partim librariorum... inscitia add. A. <sup>284.</sup> Hieronymianis lucubrationibus add. A.

<sup>250.</sup> Caraffa] See Ep. 287. 7 n.

<sup>270.</sup> codicum] See Ep. 373 introd.